**246** de origine non constat. Ostiae tribuunt nomina tam patronorum communia cum aliis tabulis collegiorum Ostiensibus quam corporatorum peculiariter Ostiensia, inprimis tot Egrilii atque Nasennii; atque extat etiam titulus quem M. Annius Marcion recensitus inter corporatos col. VII, 32 posuit Ostiae Valeriae Fecundae coniugi; item col. VII, 19 fortasse corrigendum est *T. Malius Hermes* ut idem sit qui posuit titulum sepulcralem infra edendum. — Fieri potest ut primum prodierit Romae in ecclesia vel prope ecclesiam S. Petri ad Vincula indeque eam (similiter ut tabulam editam vol. VI, 1770) transtulerit Iulianus della Rovere cardinalis S. Petri ad Vincula (is qui anno 1503 factus est Iulius II pontifex) in hortos suos sitos iuxta ecclesiam SS. Apostolorum postea factos Columnensium, ubi eam viderunt auctores omnes excepto fortasse Anonymo Chisiano. 'Repperi in viridario palatii S. Petri ad vincula in tabula marmorea in pariete murata prope quandam Apollinis statuam . . . . Iussu cardinalis in lucem revocata' CHIS. Romae in horto car(dinalis) S. Petri ad vincula apud Sanctos Apostolos IVC. In palatio Ascanii Columnae ad S(anc)tos Apostolos SMET. (ms.), parieti palatii Columnensium quod ad S(anc)tos Apostolos est inclusa SMET. (ed.). *Nel palazzo del sig. Ascanio Colonna: sta murata sù la fenestra dell' horto* LIGOR. (Neap.); *su una fenestra del palazzo verso il giardino de' Melangoli* LIGOR. (Taur.). Ad SS. Apostolos domo card(inalis) Parisi MORILL. — Rep. *in tempo di papa Iulio II nel fondare il palazzo di S. Apostolo* LIGOR. (Taur.), qui simul prodiisse vult fundamenta templi cuiusdam dicati Veneri Placidae testibus inscriptionibus tribus quas ipse finxit (editae sunt vol. VI n. 672*—674*). — Tabulam marmoream fuisse tradunt OMNES praeter solum METELLVM qui haec habet: 'marmorea basis in hortis Columnensium (in fenestra) parieti infixa eaque permagna . . . . Hoc marmor quadratum est et inscriptum in fronte . . . . Reliqua latera existimo etiam habere alios nominum indices; quae, quia lapis parieti insertus est, occulata puto et corrupta'; quae opinationes sunt inanes. — Post finem saeculi XVI nemo vidit. — Particulas ex hac inscriptione enotatas inter inscriptiones Campanas rettulerunt auctores quidam Neapolitani; quos vide apud Mommsenum huius corporis vol. X n. 521**d*.

IMP · CAESARE · T · AELIO · HADRIANO · ANTONINO · AVG ·
PIO · P · P · III · M · AELIO · AVRELIO · CAESARE · COS p. C. 140
ORDO · CORPORATOR · QVI · PECVNIAM · AD · AMPLIAND · TEMPLVM · CONTVLER ·

PATRONI
T · PRIFERNIVS · SEX · FIL
PAETVS · ROSIANVS
GEMINVS
M · STLACCIVS · ALBINVS
TREBELLIVS · SALLVSTIVS
RVFVS
M · SEDATIVS · C · FIL
SEVERIANVS
T · PRIFERNIVS · T · F · PAETVS
ROSIANVS · GEMINVS · F
M · SEDATIVS · M · FIL
SEVERVS · IVLIVS · REGINVS
C · ALLIVS · C · F
FVSCIANVS
T · STATILIVS · T · F
TAVRVS
TI · ATERIVS
SATVRNINVS
C · PANTVLEIVS

QVINQ · PERPET
C · SOSSIVS · BENEDICTVS
QVINQVENN
A · EGRILIVS · AVGVSTAL
QVINQVENNALIC
P · SVLPICIVS · HERA
L · NAEVIVS · SAECVLAR
QVINTILIIS · COS a. 151
QVINQVENN
A · EGRILIVS · FAVSTVS
SILVANO · ET · AVGVRN a. 156
Q · Q COS
T · FISEVIVS · NICEPHOR
L · NAEVIVS · PROCVLVS
LAELIANO · ET · PASTORE a. 163
Q · Q COS
T · FISEVIVS · PRISCIANVS
CLARO · ET · CETHEGO · COS a. 170
Q · Q
M · MAGIVS · MARSVS
MAXIMO · ET · ORFITO · COS a. 172
Q · Q
L · HELVIVS · RESTITVTVS
A · EGRILIVS · FAVSTVS
TESTAMENTO · BELI
QVI · H · S · IIII · M · N · SVB

P · CINCIVS · APELLES
L · NAEVIVS · SYRIACVS
/ / / / / / / / / / / / / /
T · FISEVIVS · FELIX
P · CAETENNIVS · EPAPHROD
L · MVNATIVS · TROPHIM
A · EGRILIVS · SVCCESSVS
A · EGRILIVS · ZORA
A · ATINIVS · PROCVLVS
A · EGRILIVS · FAVSTVS
A · EGRILIVS · HILARVS
M · APVLEIVS · COMITIANVS
D · PVBLICIVS · MARTIALIS
A · EGRILIVS · EVTYCHVS
A · EGRILIVS · VRBANVS
L · NAEVIVS · PROCVLVS
Q · KANINIVS · CRISPVS
L · NAEVIVS · FORTVNATVS
L · BELLENIVS · GEMINVS
P · ENNIVS · VITALIS
C · RAMMIVS · IVSTVS
C · SOSSIVS · HERMES
P · CINCIVS · APELLES · F
P · POSTVMIVS · EPAPHRODIT
M · MAGIVS · MARSV[S]
C · KANINIVS · DIVINVS

L · VARIVS · QVIETVS
T · FISEVIVS · FELIX · IVN
A · EGRILIVS · IA
C · SOSSIVS · SOSSIANVS
A · EGRILIVS · AVGVSTAL · F
L · NAEVIVS · CINCIANVS
P · AELIVS · AVXANON
L · AEMILIVS · PVPILLVS
A · EGRILIVS · HILARIANVS
P · SVLPICIVS · FELICIO
T · ARRANIVS · IANVARIVS
L · NAEVIVS . SVCCESSVS
P · VARENIVS · NERVA
A · EGRILIVS · CRESCENS
L · FISEVIVS · PRISCIANVS
A · EGRILIVS · DOMITIVS
L · VTTEDIVS · HERMES
Q · KANINIVS · METELLVS
A · EGRILIVS · HERMETIO
C · SOSSIVS · IANVARIVS
A · EGRILIVS · PRIMITIVOS
P · CINCIVS · PRISCVS
A · EGRILIVS · MARIO
C · CORNELIVS · SECVNDVS
A · EGRILIVS · SVCCESSVS · IVN
A · ATINIVS · FELIXS

P · ACCVLEIVS · EVHEMER
A · EGRILIVS · MARINVS
C · NASENNIVS · FELIXS
/ / / / / / / / / / / / / /
L · NAEVIVS · PRIMITIVOS
P · SVLPICIVS · CHRESIMVS
A · LVCCEIVS · NOMINATVS
A · LVCCEIVS · LYCOMEDES
L · NAEVIVS · FELIXS
A · EGRILIVS · EARINVS
M · APPVLEIVS · VRBICVS
L · HELVIVS · SVLPICIVS · RESTITVTVS
P · VARENIVS · ZETHVS
L · VTTEDIVS · STEPHAN
C · RAMMIVS · FAVSTVS
C · NASENNIVS · NASENNIN
L · NAEVIVS · SEVERVS
M · MAGIVS · IVSTVS
P · SVLPICIVS · FELICISSIM
L · NAEVIVS · VENVSTVS
A · EGRILIVS · HILARIO
P · CINCIVS · FLORVS
C · IVLIVS · CORVINVS
TI · IVLIVS · EPAGATHVS
A · EGRILIVS · CHRYSEROS
L · SVLPIVS · BENIVOL
L · NAEVIVS · VRBANVS

T · FISEVIVS · FELIXS
C · CAELIVS · SVCCESSVS
Q · VIVIVS · DIODORVS
T · FISEVIVS · ROMN
L · SVLPIVS · AMPION · F
A · EGRILIVS · SEVERVS
L · NAEVIVS · VALENS
A · EGRILIVS · VITALIS
M · MAGIVS · MARSVS · F
T · FISEVIVS · CRESCEN
P · SVLPICIVS · ISIO
A · EGRILIVS · MASCELLIO
T · FISEVIVS · PRISCVS
A · EGRILIVS · AMARANTHVS
A · EGRILIVS · THALLVS
A · EGRILIVS · MERCVRIVS
C · SILIVS · NICEPHORVS
L · NAEVIVS · PLAVTVS
Q · VIVIVS · EVPREPES
L · SVLPIVS · TYRANNVS
Q · CANINIVS · METELLVS · F
T · FISEVIVS · FORTVNATVS
C · IVLIVS · SVCCESSVS
A · EGRILIVS · PISTVS
L · NAEVIVS · FORTVNATVS
C · IVLIVS · VICTOR
M · MALIVS · ONESIMIANVS
P · CARTIVS · SEVERVS
M · MALIVS · ROMANVS
L · NAEVIVS · FELIX
A · EGRILIVS · CHRESTVS
C · CORNELIVS · NICEPHOR
M · MAGIVS · ANICETVS

T · FISEVIVS · CRESCENTIN
P · CARTIVS · ADAVCTVS
L · NAEVIVS · IVLIANVS
M · APPVLEIVS · FELIXS
L · NAEVIVS · SEVERIANVS
A · EGRILIVS · EVTYCHVS
P · CINCIVS · AMPLIATVS
A · EGRILIVS · EVGRAMVS
T · FISEVIVS · LVCRIO
P · CARTIVS · FILONICVS
C · CORNELIVS · EVTYCHVS
TI · VETVRIVS · CHRESTIN
C · CAELIVS · PAPIRIVS
A · EGRILIVS · HELIVS
A · EGRILIVS · IANVARIVS
C · CAELIVS · HERMES
A · EGRILIVS · VICTOR
T · FISEVIVS · ATTICIANVS
M · MALIVS · HERMES
L · NAEVIVS · NARCISSVS
L · NAEVIVS · FORTVNATVS
L · VELLENIVS · GEMINIANVS
L · NAEVIVS · BENEDICTVS
L · SVLPIVS · AMPION
C · DOMITIVS · VALENS
L · NAEVIVS · ADIVTOR
C · CALPVRNIVS · FORTVNATV
L · NAEVIVS · MERCVRIVS
M · HELVIVS · VOLVSSIANVS
P · STERTINIVS · PERPETVS
C · PVLLIVS · SATVRNINVS · F
M · ANNIVS · MARCION
M · AEMILIVS · FORTVNATVS

TI · ATERIVS
SATVRNINVS
C · PANTVLEIVS
GRAPTIACVS
C · ALLIVS · C · F
FVSCVS

A · EGRILIVS · FAVSTVS
TESTAMENTO · RELI
QVIT · H · S · IIII · M · N · SVB
EA · CONDICIONE · VTI
EX · VSVRIS · S · S · S · V · KAL
DEC · OMNIBVS · ANNIS
EPVLENTVR

P · POSTVMIVS · EPAPHRODIT
M · MAGIVS · MARSV
C · KANINIVS · DIVINVS
L · NAEVIVS · ZOSIMIANVS
A · EGRILIVS · IVSTVS
A · EGRILIVS · MERCVRIVS
T · ARRANIVS · FELICIO
T · FISEVIVS · NICEPHOR

C · CORNELIVS · SECVNDVS
A · EGRILIVS · SVCCESSVS · IVN
A · ATINIVS · FELIX
P · CINCIVS · EVARISTIAN
/ / / / / / / / / / / / / /
C · SOSSIVS · MARTIALIS
L · NAEVIVS · ASCLEPIADES
SEX · FVSINIVS · AVGVSTALIS

A · EGRILIVS · CHRYSEROS
L · SVLPIVS · BENIVOLV
L · NAEVIVS · VRBANVS
P · MVCIVS · FRVCTVOSVS
L · NAEVIVS · APELLES
P · NONIVS · HERMES
L · SVLPIVS · AMPION
P · OCTAVIVS · NYMPHODOTV
A · EGRILIVS · SECVNDVS

L · NAEVIVS · FELIX
A · EGRILIVS · CHRESTVS
C · CORNELIVS · NICEPHOR
M · MAGIVS · ANICETVS
M · MALIVS · PRISCIANVS
A · EGRILIVS · HILARIANVS
L · HELVIVS · CASTRESIS
A · EGRILIVS · FELIX
P · MVCIVS · FRVCTOSVS
A · EGRILIVS · FAVSTVS
L · NAEVIVS · EVTYCHES

P · STERTINIVS · PERPETVS
C · PVLLIVS · SATVRNINVS · F
M · ANNIVS · MARCION
M · AEMILIVS · FORTVNATVS
P · OCTAVIVS · PECVLIARIS
A · EGRILIVS · HERMETIO · IVN
C · CORNELIVS EVTYCHIANVS
L · CORNELIVS · SERAPIACVS
P · CINCIVS · SATVRNINVS
A · EGRILIVS · HILARVS
L · CORNELIVS · ARRIVS
C · PINARIVS · OLYMPVS
P · SEXTILIVS · AGRIPPA
A · EGRILIVS · RVFVS
L · VOLVSIVS · PRISCVS · TERENTIAN
C · RAMMIVS · IVSTVS
M · ANNIVS · DATVS

Anonymus in cod. Chis. J V 168 f. 20 seq. qui descripsit ex lapide, imperite sed cum cura; Iucundus Ver. f. 145 sq., Magl. f. 54' sq. (e Iucundo pendet Mazochi f. 57'—58'); emendatur de visu in additamentis ad librum Mazochii impressum adiectis; Smetius ms. Neap. p. 5. 6 (inde Manutius orth. p. 208 sq.; ex hoc Ligorius Taur. vol. 15 f. 89'), ed. 4. 5 (inde Grut. 126/7); Metellus vidit et passim correxit ad Mazochium suum nunc Vaticanum (cod. Vat. 8495) sed fortasse saepius ex exemplo Smetii quod citat, 'M(etellus) vidi, Mart(inus) Fl(andrus) exscr(ipsit)', quam ex lapide; Ligorius Neap. lib. 33 p. 114. 115 qui licet viderit, plurimis tamen locis expressit textum Mazochii quem ante oculos habuisse videtur; Morillon Amstel. f. 64. Panvinius fast. p. 339 (ad a. 893) refert praescriptionem vv. 1—3, item col. I 5—7 ib. p. 352 (ad a. 935), col. II, 8. 11. 15. 18. 21 ib. p. 342 (ad a. 904); Ursinus famil. Rom. (1577) p. 2 praescriptionem vv. 1—3 et col. V, 1.

Secutus sum in textu constituendo maxime Iucundum et Smetium, quorum variam lectionem exhibui omnem, deinde emendatorem Mazochii, quem item vel adhibui vel citavi ubicunque diserte menda Mazochii correxit; nam cum silentio ea praetermisit, hoc ego non adnotavi. Praeterea lectiones selectas dedi ex codice Chisiano, ex Metello, ex Ligorio Neapolitano. Morillonem Amstelodamensem non habui plene conlatum.

Praescriptionis v. 1 P pro T exhibet Chis. — 2 CAESARE om. Iucund. (habet Maz.).

Consulto erasos esse tres versus hos: col. III, 3. col. IV, 28. col. V, 4, notaverunt Smetius, Metellus, Ligor., solos hiatus etiam Mazoch. (quamquam neglectos in eis qui nobis praesto sunt libris Iucundianis).

Col. I, 2. 10 TRIFERNIVS Smet. (ms.) — 5 SILACCIVS Chis. — 11 F om. Smet. (ed.; est in ms.). — 12 SEDATVS, 18 AETERIVS Lig.

Col. II, 8 QVINTILLIS Iuc., QVINTILLIIS Chis. — 11 AVIGVTIN Iuc., AVIN Ligor. — 14 PROCLVS Ligor. — 15 L·AELIANO traditur. — 20. 21 om. Ligor. — 25. 26 RELI|QVT Iuc. (Ver.) Smet. addito 'sic' Met. Lig., RELIQVIT reliqui. — 27 CONDITIONE Iuc.

Col. III, 5 EPAPHRODIT Iuc. (Magl.). — 12 M ARVIEIVS Chis. — 13 MARTIANVS Chis. — Inter vv. 16. 17 collocatur is qui vere est col. IV v. 7 apud Iuc. (Magl.). — 17 CANINIVS Chis. — 19 L] D Lig. — 23 APELLE Lig. — F] E Chis. Iuc. (Ver.), E Iuc. (Magl.). — 26 CANINIVS Iuc. (Magl.). — 30 ARRANIO Lig.

Col. IV, 1 VALERIVS Metell. — 2 T] L Chis. — 7 collocatur apud Iuc. (Magl.) loco non suo col. III inter vv. 16 et 17. — 6 NAVIVS, 13 VERANIVS Lig. — 15 in. fortasse corrigendum est T pro L (cf. infra p. 44 not. 1). — 17 L] TI Lig. — VITEDIVS Chis., VITTEDIVS Mazoch., corrigitur in add. — 18 KANNINIVS Iuc. (Ver.). — 24 in. P Smet. (ed., non ms.). — 26 ATINVS Iuc. (Ver.). — 31 EVSINIVS additamenta ad Maz. (ubi erat EVSINVS) et Ligor.

Col. V, 1 ACVLEIVS Chis. Maz. Ligor. — 6 P] L Smet. — 7. 8 LVCEIVS Chis. Maz. — 10 EARINVS additamenta ad Mazochium, FARINVS Chis. Iuc. Maz. Ligor., CARINVS Smet. Metell. — 16 NASENNN Iuc. (Ver.) Smet., NASENNAN Iuc. (Magl.), NASENNIAN Chis., NASENNAI Maz., NASENNAI Metell. Lig. — 19 P] M Iuc. — 24 in. TI Smet. Ligor., T Iuc., C Chis. — EPAGATVS Smet. — 26 BENEVOLV Smet. — 32 NYMPHODOTVS Chis. Maz., NIMHODOTV Ligor.

Col. VI, 4 ROMNV Metell., ROMVLV Smet. (ms.) — 21 KANINIVS Ligor. — F om. Chis. — 26 collocat ante v. 25 Smetius, item eodem modo correxit Metellus Mazochium suum, sed fortasse ex exemplo Smetii. — 31 CRESTVS Maz. cum Lig. — 38 MVTIVS Smet. — FRVCTOSVS omnes excepto Mazochio (ubi non corrigitur in add.) et Ligor. qui habent FRVCTVOSVS. — 40 L] TI Ligor.

Col. VII, 1 CRESCENTI·N, 'N extremo saxi latere', Metell., CRESCENTSI N Smet., CRESCENTIN Iuc. Maz. Lig., CRESCENS Chis. — 2 ADDVCTVS Iuc. (Magl.) — 14 HELLVS Iuc. — 15 A·AGRILIVS Lig. — 16 C] T Maz. (non corr. in add.) cum Lig. — CAECILIVS Iuc. (cum Mazoch., CAELIVS additamenta ad Maz.). — 18 T] C Maz. cum Lig. — 27 FORTVNAT Iuc. Ligor. — 29 M] L Iuc. Maz. Lig. — VOLVSIANVS Maz. Ligor. — 31 fin. F habent additamenta ad Mazoch., item posuit Metellus sed mox delevit, om. reliqui. — 32 MARCI GNEI Chis. (scilicet solvit ita id quod male legerat MARCIGN). — 33 A·AEMILIVS Maz. Ligor. Smet. (ms.), A·EMILIVS Iuc., M·AEMILIVS Smet. (ed.) Metell. — 42. 43 P·SEXTILIVS·RVFVS, omissis verbis AGRIPPA | A·EGRILIVS, Ligor. — 44 L] P Iuc. (Magl.). — VOLVSEVS Met., VOLVSEVS Smet., VOLVSIVS Iuc., VOLVSSIVS Chis. — TERENTIN Lig. — 46 DECIVS Chis., LVCIVS Iuc. et additamenta ad Mazoch. (LVCIS ipse Maz. cum Ligorio). — 41—46 'sciendum est, ultimam paginam sex versibus ceterarum marginem inferiorem, prae versuum multitudine, transgressam' Met.; similiter Smet.

Qui fuerint *corporati qui* anno p. Chr. 140 *pecuniam ad ampliandum templum contulerunt*, ignoratur; certe non fuerunt *corporati lenuncularii tabularii auxiliares Ostienses* quorum habemus matriculas duas n. 250 et 251; nam cum earum altera anno p. Chr. 152, i. e. duodecim solis annis post nostram tabulam perscripta sit, vix ullum nomen in illa invenitur commune cum nostra[1]; deinde cum in nostra tabula praeter patronos et quinquennales recenseantur homines numero 181[2], in illa invenitur plebs hominum 125; nec probabile est numerum eiusdem corporis intra duodecim annos tantopere decrevisse. Ceterum patronos plerosque eosdem habuerunt corporati tabulae nostrae non solum cum corpore lenunculariorum, sed etiam cum aliis corporibus ignotis; de quibus vid. ad n. 247. 248. Recensentur autem in tabula nostra patroni, senatorii ordinis omnes, hi:

1. *T. Prifernius Sex. fil. Paetus Rosianus Geminus.* Idem recensetur inter patronos lenunculariorum (n. 250) anno 152 loco secundo. De homine cf. Mommsen in editione epistularum Plinii Keiliana p. 423.

2. *M. Stlaccius Albinus Trebellius Sallustius Rufus.*

3. *M. Sedatius C. fil. Severianus.* Idem invenitur n. 250 inter patronos lenunculariorum loco primo, nec diversus est *M. Sedatius C. f. Quir. Severianus Iulius Rufinus* n. 247 et n. 248. De homine cf. Mommsen ad C. I. L. III n. 1575.

4. *T. Prifernius T. f. Paetus Rosianus Geminus f(ilius)*, scilicet filius Rosiani Gemini n. 1. Idem est *T. Prifernius T. f. Quir. Paetus Rosianus Geminus* recensitus inter patronos corporis alicuius ignoti (n. 247) loco primo. Ad hunc rettulit Borghesius opp. 7 p. 349 titulum vol. VI n. 1499.

1) Casui tribuendum est quod *P. Cincius Saturninus* quidam reperitur et in nostra tabula col. VII, 38 et in illa col. IV, 25. — L. Cornelius Serapiacus (col. VII, 37) non solum propter praenomen, sed etiam propter aetatem diversus est a M. Cornelio Serapiaco qui recensetur inter lenuncularios a. 192 (n. 251) col. IV, 23.

2) Computatis scilicet tribus nominibus erasis col. III, 3. IV, 28. V, 4.

6*

5. *M. Sedatius M. fil. Severus Iulius Reginus.* Idem invenitur inter patronos lenunculariorum anni 152 loco tertio, neque alius est *M. Sedatius M. f. Quir. Severus Iulius Reginus* n. 247 et n. 248. Est filius Severiani n. 3.

6. *C. Allius C. f. Fuscianus.* Idem est n. 250 inter patronos lenunculariorum a. 152 loco quarto (ubi male exaratum est C·ALEIVS), item n. 249.

7. *T. Statilius T. f. Taurus.*

8. *Ti. Aterius Saturninus.* Fortasse contra auctorum consensum legendum est *T. Haterius.*

9. *C. Pantuleius Graptiacus.* Fortasse non est diversus a C. Pantuleio Graptiaco legato provinciae Thraciae anno 178 (huius corporis vol. III n. 6121). Etenim fieri potest, ut patronorum, similiter ut quinquennalium, nomina ultima haud paucis annis incisa sint post superiora. *C. Pantuleus Graptiacus* reperitur etiam in titulo Fundano vol. X n. 6265.

10. *C. Allius C. f. Fuscus.* Fortasse filius Allii Fusciani n. 6.

Post patronos recensentur honorati, scilicet *quinquennalis perpetuus* unus, *quinquennalis* unus, *quinquennalicii* duo. Deinde in spatio, quod sive consulto sive fortuito vacuum relictum erat cum primum tabula incidebatur (a. 140), perscripta sunt nomina quaedam eorum qui postea quinquennalitatem gesserunt, scilicet superscriptis consulibus annorum p. Chr. 151. 163. 170. 172 recensentur quinquennales singuli, item sub consulibus anni 156 quinquennales duo. Horum autem nomina reperiuntur etiam inter ea quae anno 140 incisa sunt, sicut apparet ex tabula subiecta:

| | | | |
|---|---|---|---|
| A. Egrilius Faustus | factus quinquennalis | a. 151 | est inter incisos a. 140 col. III, 10 |
| T. Fisevius Nicephorus | - - | a. 156 | - - - a. 140 col. III, 31 |
| L. Naevius Proculus | - - | a. 156 | - - - a. 140 col. III, 16 |
| T. Fisevius Priscianus | - - | a. 163 | - - - a. 140 col. IV, 15[1] |
| M. Magius Marsus | - - | a. 170 | - - - a. 140 col. III, 25 |
| L. Helvius Restitutus | - - | a. 172 | - - - a. 140 col. V, 12[2] |

Contra nomina eorum qui iam ipso anno 140 erant inter honoratos non repetuntur in albo collegii[3]. Ceterum nec destinatum fuit hoc spatium recipiendis nominibus eorum qui postea fierent quinquennales, nec constat omnes in eo perscriptos esse qui ab anno 140 usque ad annum 172 quinquennalitatem gessissent; ita ut fundamento careat id quod Henzen (ann. inst. arch. 1851 p. 156) posuit in hoc corpore interdum per septenos atque per undenos annos eosdem quinquennales fuisse. — Sequuntur haec verba omnino ab albo corporatorum aliena: *A. Egrilius Faustus testamento reliqu(i)t (sestertium) IIII m(ilia) n(ummum) sub ea condicione, uti ex usuris s(ummae) s(upra) s(criptae) V kal(endas) Dec(embres) omnibus annis epulentur.* A. Egrilius Faustus videtur is ipse qui primus ex quinquennalibus post annum 140 factis nomen suum in hanc tabulam intrusit. — Iam sequuntur, post patronos et quinquennales, corporati ipsi, homines numero CLXXXI sive deductis tribus nominibus erasis numero CLXXVIII. Ubi idem nomen bis reperitur, alteri adscripta est nota *f. (filius)* vel *iun.*, ita P. Cincius Apelles filius 3, 23 distinguitur a P. Cincio Apelle patre 3, 1, A. Egriilus Augustalis 4, 5 item a patre 2, 4, L. Sulfius Amfion 6, 5 a 3, 31 (tertius L. Sulfius Amfion est 7, 24), M. Magius Marsus 6, 9 a 3, 25, Q. Caninius Metellus 6, 21 a 4, 18; item distinguuntur a senioribus perinde vocatis T. Fisevius Felix 4, 2 (cf. 3, 4), A. Egrilius Successus 4, 25 (cf. 3, 7), A. Egrilius Hermetio 7, 35 (cf. 4, 19).

1) Sic enim erit corrigendum contra consensum auctorum qui exhibent L·FISEVIVS·PRISCIANVS, praesertim cum reliqui quoque Fisevii qui in hac tabula inveniuntur omnes (non minus undecim) praenomen habeant Titi (col. II, 13 = III, 31. III, 4. IV, 2. VI, 1. 4. 10. 13. 22. VII, 1. 9. 18).

2) L. Helvius Sulpicius Restitutus.

3) Nam diversus est ab A. Egrilio Augustale quinquennali a. 140 (col. II, 4), A Egrilius Augustalis recensitus inter corporatos (col. IV, 5), distinctus ab illo nota F, id est *filius.*

**247** Romae in hortis Iustinianeis REINES. DONI. Apud Vescovalium BORGHES. MOMMS. In villa Glienicke prope Potsdam PHILIPPI et adhuc.

a. p. C. 139? 140? 145?

IMP · CAESARE · ANTONINO · A*ug*

PATRONI
T · PRIFERNIVS · T · F
QVIR · PAETVS
ROSIANVS GEMINVS
M̄ SEDATIVS C · F · QVIR
SEVERIANVS · IVLIVS
RVFINVS
M · SEDATIVS · M · F
QVIR · SEVERVS
IVLIVS · REGINVS

Q̄ · Q̄
D · VOLVSIVS · SECVNDVS
D · VETVRIVS LVCRIO
M SVELLIVS PERPETVALS

CORPORA*ti*
Q VENNON*ius*
M MARIVS
T POMPEIVS
P MVMMIVS
P CVRTIVS · S
P CVRTIV*s*
M SEGVLIVS
T HELLENIV*s*
T HELLENIVS
CN TVRPILIV*s*
A AVILLIVS SAB
P CVRTIVS PA
P . ANTEIVS · SILI
P CVRTIVS FEL
L DOMITIVS FA
M LVCCEIVS NI
P · ANTEIVS M

Descripserunt Mommsen et Philippi, ille nuper recognovit. Reinesius 10, 2 descriptam a Servio; Donius qui vidit ipse 9,6 (inde Mur. 543, 4); de visu citat Borghesi *bull. arch. nap.* n. s. IV p. 34 (opp. 8 p. 390).

In columnis I et II passim deprehenduntur vestigia scripturae antiquioris consilio deletae maxime inter singulos qui nunc leguntur versus; quarum reliquiarum praecipuae sunt hae: I inter v. 2 in. et 3 in. PAET, inter v. 2 fin. et 3 fin. VS, inter v. 4 fin. et 5 fin. DVS, inter v. 6 in. et 7 in. M SE, id est *M. Se[datius]*, inter v. 9 in. et 10 in. M SE, inter v. 9 fin. et 10 fin. S. In col. II supra Q̄ · Q̄ quod nunc est legitur adhuc QVINQ erasum, inter v. 1 et 2 D VOLVSIVS SECVNDVS, inter v. 2 et 3 M SVELLIVS PERPETVALIS. Videntur igitur verba deleta vix diversa fuisse ab eis quae nunc leguntur. — III 7 in litura repositus est. — Est album corporis cuiusdam, diversi ut videtur a reliquis quorum alba hic exhibentur; nam cum nullo eorum habet corporatorum nomina communia. Aetate autem suppar est ei quod praecedit, cum quo habet communia etiam nomina patronorum.

**248** fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae VISC. Est ibi in museo.

*m. sedatius c. f.* QVIR
*seuer* I A N V S ·
*iulius ru* F I N V S · L · RVFIVS · CLARVS
*m. seda* TIVS · M · F · QVIR · GALLVS · PATRONV*s*
*se* VERVS
*iulius re* GINVS

Descripsi. C. L. Visconti ms. descripsit mense Sept. 1855.

Superest ex albo patronorum collegii alicuius. Collocavi hoc loco quia patroni ordinis senatorii reperiuntur etiam n. 246 et 247.

**249** Ostiae in ruinis veteris civitatis.

A IVLIVS AV ODV
STATIVS PRISCVS
MATVCCIVS FVSCINV
CAELIVS FVSCIAN ·
VS PRISCVS
S · FLORVS

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 221.

Et hanc superesse ex albo patronorum collegii cuiusdam apparet. — v. 1 corruptus est totus; de A. Iulio Pompilio Pisone legato Numidiae sub M. Aurelio (vol. VIII n. 2488 et alibi) vel de patre eius praeterea ignoto cogitavit Mommsenus. — 2 Statius Priscus et 3 Matuccius Fuscinus noti sunt homines senatorii, ille ex titulis vol. III, 940. 1061. 1299. 1416. vol. VI 1523 legeque de veteranis vol. III p. 882, hic maxime ex titulis Africae ubi fuit legatus legionis tertiae Augustae anno 158. — 4 Est *C. Allius Fuscianus* idem qui supra n. 246.